apparuerit super solo meo. Predicte

UVA. BHSC. IyR_225

autem satisdationes fiunt in iudicio siue coram iudicibus: sub eorũ officio ⁊ auct. Et nota ꝙ satisdationes iudicales: uel pretorie non desiderant auꝝ uel argentũ: non.n. in ipsis apponit̃ pena qꝛ auct. iudicis ꝯfirmatur.

De litis contestatione.

DIcto de iis: que lis contestatõnez precedere solent: nunc de ipsa litis contestatione per q̃ꝫ iudicium capit exordium dicendũ est. Est autem liti contestatio: negocii principalis hinc inde apud iudicem facta narratio. Quam narrationez libellus debet precedere nisi forte de consensu partium remittatur. Fit aũt litis contestatio coram iudice per narrationez actoris ⁊ cõtradictoriam responsionem rei ut qꝛ negat: uel per emptoriã exceptionẽ opponat: animo cõtestandi litẽ idest ea mente ut in causã procedit uł resistat. Quibus uero uerbis: litis cõtestatio fieri habeat ex parte actoris: ⁊ rei ista ĩexemplificatõibus subiungeť.

De sacramento calumnie.

SAcram̃tuz calumnie fit in iis que iure ordinatio agunť post litẽ cõtestatã: ⁊ iurať hoc sacramento in omnibus causis ciuilibus ⁊ etiaz criminalibus: in spirituali causa iure canonico solum de ueritate dicẽda ⁊ non de calumnia iuratur ⁊ dicit̃ sacramentuz calumnie non faciende: sed euitande. Jurat enim actor se bona fide ⁊ non calũniandi animo agere. Et reus bona fide ⁊ non calumniandi animo respondere. Est enim calumniatum quis ex certa scientia iniuste agit uel resistit. Que autem uerba in sacramento calumnie ponantur. ĩ. dicetur exemplificationibus. Hoc ita qꝫ sacramentum calumnie subicit deominus litis: primo actor postea reus. principales persone. Nõ potest alius iurare nisi is qui suo nomine litem ꝯtestatus est. tutores tamẽ ⁊ curatores in causiis pupillorum ⁊ adultoꝝ iuxta suã conscientiã de calũnia iurant: licz iurat minor si est doli capax. i. primus pubertati de ueritate dicenda. Item iurãt de calumnia. Sindici ⁊ actores ⁊ omnes qui legitimam gerunt administrationẽ: ut pater in bonis filii. Itẽ ꝓcurator ꝯstitutus in rem suã qꝛ damnum uel emolimẽtum spectet ad euz nisi is eum constitnit: melius nouerit ueritatem uł iustior persona sit. Sed procurator uite suspecte: ut quia uerisimile sit procuratorem negare: sz dominum fateri. Simplex uero procurator de calumnia non iurat: nisi quãdo conuenitur suo nomine ex stipula. iudicatum solui uel de defensione. Itez parentes: ⁊ patroni non iurant de calumnia in causis quas habent cum filiis ⁊ libertis: quia non est uerisimile ipsos ꝯtra filios uł libertos calũniari. Itẽ episcopus per se agens nõ iurat de calũnia tacitis euangeliis: sz solũ propositis. Ceterum scias qui sacramentum calũnie ex pacto: uel ꝯsensu partium remitti nõ põt: sed tacite bñ õmitti põt: qꝛ p. utile est: ut lite sine omni suspitione procedant.

De Dillationibus seu terminis ĩ iudiciis dandis.

QVoniam in iudiciis sepe dillationes petunť. Idcirco sciẽdũ ẽ ꝙ licet mã dãdaꝝ dillationũ ãputanda sit: dantur dillationes non tm̃ ex libero iudicis arbitrio quãtum si reuz urgentissima rõ flagitauerit: ⁊ necessitas desiderate ĩstructtõis exigerit Vnde iudex dare debet terminos siue dillationes qñ ex iusta rationabili causa petuetur. Gr̃a.n. producendorum testium siue instrumentoꝝ: aut inueniendoꝝ aduocatoꝝ iuste petunť:

UVA. BHSC. IyR_225

niſi euidens appareat calūnia ⁊ dari debeant a iudice ſedente utraq; parte pūte ⁊ dank actori ⁊ reo ⁊ accuſatori: ⁊ accuſato. Be iure. n. ſi petank teſtes uel inſtra de eadē ꝓuincia ubi lis agi tur: nō āplius q̄. iii. menſium dillatio indulgek. Si uero ex diuerſis prouinciis tunc ſex menſum dillatio dak. In tranſmarina āt dillatione ñ pluſ q̄ nouem menſes cōputari oz. de ꝓſuetudine tū dantur dillationes a iudice arbitrio eius. Primo qñ recepto libello a reo datur ei terminus. j. quem deliberet ⁊ ad quē redeat reſponſurus: ⁊ ſi rediens alegabit ꝓtra libellū q̄ non ſit in eo cauſa agendi: aut q̄ i eo ſint aliqua implicata uel obſcura que ſpecificari oz mutabiliter libellus noue adhuc dabunk inducie. Poſt litē uero cōteſtatā dak unus terminus actori ⁊ reo ad docendū de iure eoꝝ ſuper principali negocio q̄ ſi nō ꝓbauerit datur ſecundus: ⁊ ultimo terminus pemptorius: licet iudex primū ⁊ ſcdm pemtorium prefigere poſſit. Item circa multos alios ꝓceſſus cāe ſtatuik tū terminus ut deponāt teſtes iurati ⁊ ut cōpereāt ptes pemptorie ad ſnias audiendā ⁊ ad multa alia.

Be interrogationibus ⁊ reſponſionibus poſt litem cōteſtatam.

Lite cōteſtata: ⁊ de calūnia iurato fiūt ꝓbatiōes in lite. Sz q̄ manifeſta ñ indigent probatōe: ⁊ manifeſtū ſeu notorium dicitur quod ex confeſſiōe facta in iure liquet. Ideo de interrogationibus que fiūt in lite uidendū eſt. Fiūt e go interrogatiōes poſt litē conteſtatā: que ēt dicūk poſitiones ad ꝓbandū id de quo principaliter queritur: q̄ merita cāū ptū aſſentione pāduntur facta. n. interrogatione ſi aduerſe partis ſequant cōfeſſio ñ ē ſup eo de quo queſitū ē alia probatio oportuna: q̄ cōfeſſus in iure ꝓ iudicato habetur. Interrogans aūt ⁊ reſpondens ueritatem dicere tenek p ſacramentum calumnie: q̄ in ſacramēto calumnie cōtinetur: ne quis exigat probationem ab aduerſario quaz neceſſariam nō putat. Verum q̄ ad interrogationē aliq̄ ſequitur confeſſio idcirco de confeſſionibus ſub infertur Eſt igitur confeſſio certa ⁊ clara aſſeueratio uk reſponſio eius de quo queritur i iure coꝝ legitimo iudice facta q. n. incertū ⁊ obſcuꝝ ꝓfitetur non eſt confeſſus ⁊ ideo ut certū ⁊ clarum cōfiteak cogendus eſt. ⁊ oz in eo loco fieri i quo ius redditur: ⁊ ut cōfeſſio preiudicet confitenti oz fieri ꝓtra ſe nō ꝓ ſe: ⁊ ſuper eo qd nō ſit cōtrarium iuri uel nature. Juri. n. cōtrarium eſt ſi cōfiteatur quis ſeruum ſuuz captum ab hoſtibuſ adhuc eſſe ſeruum cū de iure factus ſit hoſtiuz. Nature uero ꝓtrarium eſt ſi homo habeat tātū. xxx. ānos ⁊ cōfiteatur filiuz ſuum eſſe illum qui hz. xl. annos debet etiā eſſe cōfitēs legitime etatis: q̄ ſi pupillus ſine tutore cōfitetur i iudicio: ipſo iure nō preiudicat ei ſua confeſſio ſed ſi adultus cōfitetur ſine curatore preiudicat ſibi ſua cōfeſſio: ſed ſi ipſa confeſſione leſus ē pōt integrum reſtitui. Item cōfiteri dz quis ſuo nomie ⁊ preſente aduerſario: ⁊ nō per errorem. Confeſſio ergo ſecūdū q̄ dictum eſt: facta preiudicat ⁊ taliter ꝓfeſſuſ ꝓ pdēnato bētur

Be probationibus.

Poſt factas iterrogationes: ſi negat Reus icūbit actori probatio. Eſt aūt probatio rei dubie p argumēta uel p fidem legitimā facta oſtenſio. Debet enim actor: uel accuſator qui aliquid aſſeuerat probare. Non autez reus qui negat q̄ per reum naturā cāz ꝓſuetudine inductū

UVA. BHSC. IyR_225

ē ut affirmantis: nō āt negātis aliqua
sit ꝓbatio. Nā iudices i cauſis cōſue
rūt ponere onus ꝓbādi actori aſſeue
ranti nō reo negāti: hoc tñ uerē ē q ali
qñ negāti incūbit ꝓbatio: ut puta quā
do ꝑſumptio eſt ꝓ actore. Vico. n. ali
quē fuiſſe ſane mētis qñ teſtatuſ ē: qd
tu negas. Sz qr glibz ꝑſumit ſāe mē
tis: niſi ꝓbet ꝓtrariū tibi negādi incū
bit probatio. ⁊ ita preſūptō ꝓuertit ali
qñ onus probādi negātē. Sz non oīs
preſūptio qr ꝙz tuplex ē preſūptio de q
bus ꝓſequi longū eſſet. Eſt āt facien
da fides ꝓ probatōez iudicis corā quo
litigaf nō āt aduerſario ⁊ dz probare
id de quo ē queſtio: ſi dubitatur ⁊ de
quo poſſit eſſe iudiciū ⁊ quo probato
ille q probat i alieno releuef. Itē ali
qñ ꝓbandū ē ante litē ꝓteſtataz: aliqñ
poſt ut ſupra i excep'oībus dictū eſt.
Modi uero qbus probaf: multi ſūt qr
aliqñ probatur ꝓ cōfeſſiōz aduerſarii:
ut dcm eſt: in precedēti Rubrica aliqñ
ꝓ iura ut qr iura hoc dicāt aliqñ ex aſ
pectu uel ſubiectiōe oculoz aliqñ per
tormēta ſeruoz aliqñ ꝓ teſtes: aliqñ ꝓ
iſtrā. Sz reliqs ōmiſſis: de duabus ul
timis ꝓbationibus. ſ. teſtiū ⁊ iſtrōrum
uidendū eſt ⁊ primo de teſtibus.

De teſtibus in iudiciis productis.

Dolens ad intentionis proba
tiōez ſue producē teſtes: faciet
illos citari ad teſtimoniū ferē
dū qr teſtis ſpōte ſe offerēs quodāmō
bētur ſuſpectus: licz producaf uolen
tes ⁊ inuiti. Producti uero altera pte
pūte ul' ad hoc legitime citata ſubire
debent iuſiurādum tactis ſacroſāctis
euāgeliis de ueritate dicēda ꝓ utraqz
pte ſup negocio d quo ē lis: nulla mix
ta falſitate. Epiſcopuſ nō tāgit tñ euā
gelia licz proponaf ei pōt ēt ſacramē
tum remitti teſti de ptiū uoluntate ⁊
ſubſequenter ſcribif dies in quo iura
uere teſtef. Sz primo uidēdū ē a qbus
ꝓducti teſtes debeāt. Secūdo q teſtes
producuntur: ⁊ q prohibenf: qui cogū
tur ⁊ q cōgi nō poſſūt: Vltio qd teſtes
producti debeāt i teſtificatōne ſua ob
ſeruare. Producēdi ſūt ergo teſtes ab
iis q ertimāt eos ſibi pro futuros: qa
nō dz quis compelli ut teſtes ul' inſtru
mēta ꝓtra ſe uel ſibi nocitura ꝓducat.
Producūtur āt teſtes oēs qui nō ꝓhi
bētur ferre teſtimoniū. Qui uero pro
hibentur ſūt hi. ſ. ipubes in cauſis ciui
libus lz aligs factus puber teſtificari
poſſit de his que uidit qñ erat primus
pubertati: idē i ſeruo facto libero. In
cauſis aūt criminalibus minor. xx. an
nis prohibef ferre teſtimoniuz. Item
prohibentur liberti ferri teſtimoniū cō
tra patronos: uel eoz parentes. Itez
prohibentur i fames ⁊ cōdemnati de
iudicio publico. Itē ille qui detinetur
in uinculis a cuſtodia pu. item ille q
accepit preciū ut pugnaret cū beſtia.
Item mulier: qua palā queſtū fecit. ſ.
in meretritio ex corpore ſuo precium
accepit. item ille q uictuſ ul' iudicatus
eſt preciū accepiſſe propter faciendū:
ul' n faciendū teſtimoniū. item hēretici
prohibenf ꝓtra chriſtianos ferre teſti
monium i iudiciis ſz nō i cōtractibus
ul' teſtamētis ne facultas probationuz
anguſtief. itez prohibenf ferre teſtimo
niū parentes pro liberis ul' ꝝ liberos
niſi qñ querif de etate: ul' affinitate qr
talia melius poſſūt ſciri ꝓ parentes qz
ꝓ alios: ⁊ uerſa uice liberi pro pentibz
uel ꝓtra parentes prohibenf teſtificari
item domeſtici. ſ. familiares ut merce
narii ſerui coloni ⁊ aſcripti. item exe
cutores negociorum ſicut ſunt tutores
curatoreſ ⁊ Sindici prohibentur ferre
teſtimonium illis negociis: in quibus
executores fuerunt. item aduocati i ea
in qua patrocinii preſtiterunt qr non

UVA. BHSC. IyR_225

euadet nomen corripti testis. Item pro
hibet qs esse testis i re propria hoc de
re cuius dānuz ul' emolimentū ad eū
spe tat. item socii eiusdez criminis pro
hibentur ferre testimoniū. s. unus pro
alio. item prohibetur ferre ꝯtra te q añ
maluz ꝯtra te tulit testimonium. item
prohibent ferre testimoniū oēs qbus
pōt imperari ab aliquo ut sint eius
testes. item mulier in testamentis pro
hibet esse testis. Predicti itaqz oēs
nō admittuntur ad testimonium imo
prohibent testificari. item aliqui sunt
si uelint possūt esse testes: sz si nolint
esse inuiti cogi non possunt: sicut sunt
senes ualitudinarii. i. habentes. lxx. an
nos uel ultra ⁊ milites ⁊ qua cū ma
gistratu reip. cā absunt ⁊ illi qbus in
urbem uenire nō licz: utputa q dimissi
sūt de militia ignomine cāz qbus isto
casu eoꝝ pena est in primū excusatōis
Item illi q probabili ⁊ necessaria cā
absunt dūmō cā detractādi testimonii
nō absint. item q exercitui prebendā cō
ducunt. item ñ cogit q ferre testimoniū
aduersus socerꝝ generꝝ uictricum priui
gnū sobrinū sobrinā sobrinatū ul' eos
q ꝓximiores i gradu sūt. item ñ cogitur
iuitus ꝓsenta. i. mediator iter aliquos
paciscentes de iis de qbus mediator
fuit una pte uolente ⁊ altera ꝯradicē
te sz si uelit ipse prosenta tunc bene
admittit. Si āt ambe ptes cōsentiant
cogit ferre testimoniū. Ceteri ergo pre
ter dictos prohibitos ⁊ dictos q inuiti
cogi nō possunt: dñt ad testimoniū fe
rendū cōpelli multa idicta: capitis pi
gnoribus. Postq̄z āt testes legitīe ius
iurādū prestiterit: ut dcm̄ ē. Interorga
bit aduersa ps illū: q testes producit:
qd itēdit probar̄ p testes. Et hoc apel
lat itētio siue cā. que itētio de cōsuetu
dine Bo. inscriptis dari nō dz aduer
se pti: sz simpliciter uerbotenus dici.
Dari āt dz in scriptis tabellioni q re
cepturus ē dicta testiū: ad quā quidez
itentionez sibi uerbo tenus dictā fora
bit ille ꝯtra quē producunt testes: iter
rogatōes suas: quas testibus fieri uo
luerit: dūmodo iterrogationes iuste ⁊
rōabiles sint: ⁊ a iudicez approbate ⁊
dabūtur i scriptis tabellioni ut eas te
stibus faciat ꝓut faciēdas uiderit ada
ptari. Nō. n. oēs iterrogatio faciende
sūt testi: sz solūmodo ille: que dicto te
stis rōnabiliter adaptant: qr si dixerit
se testis pñtem fuisse ⁊ uidisse qñ Co.
pcussit An. interrogandus ē de quo p
cussit: ⁊ i qua pte corporis: cum quo: ⁊
quo die: ⁊ loco: ⁊ huiusmodi. Sz si di
xerit se ñ fuisse presentē sed hoc audis
se ab aliis dici nō possūt predicte iter
rogatōes ei faciende: sz solūmodo ille
que ad auditū spectāt ut puta a qbus
adiuit hoc ⁊ similia: Vñ interrogatōes
ita formari solent: si testes aduerse pa
tris dixerint se presentes fuisse: iterro
ga hoc ⁊ hoc. Et dixerint se audisse i
terroga hoc ⁊ ita pz ꝙ facienda ē iter
rogatio que spectat solū ad id qd dixe
rit i testimonio suo testis. Itaqz habi
ta itētōe actoris ⁊ iterrogatōibus rei:
ducere dz tabellio testē seorsuz i ptez
⁊ legere ei libellū seu accusatōez: dicē
do ei ꝙ dicat ea: que sit sup negocio il
lo: ⁊ tacens audiat eū diligenter usqz
ad finē Cū aūt cōpleuerint: recitat ei
tabellio: qd dixit testi ut sciat si bene i
tellexit: qd si cōfirmat cum eo quo re
formato scribat per ordinē prout dixe
rit testis: ⁊ legat ei quod scripsit corri
gendo si quid uisum ē testi non bene
scriptū esse. Postea uideat ⁊ resūmat
inter se tabellio dictū testis: ⁊ ibi inue
nerit eum dixisse aliquid scire: interro
get eum tabellio quō scit ⁊ faciat euz
bene reddere cām scientie dicti sui. s.
quō scit que dicit. Dz. n. testis reddere

UVA. BHSC. IyR_225

cā scientie dicti sui si de hoc fuerit iter
rogatus: sed si nō fuerit interrogatus
pro reddita habet ⁊ ualet testimoniū
eius ⁊ ē bñ plene ⁊ breuiter officio suo
functus: nā ñ dñt testes esse uerbosi.
Itē deponere dñt testes se interfuisse
uidisse. Nō. n. sufficit deponere de au
ditu nisi i obligatiōibus ⁊ ꝯtractibus
de qbus sufficit si dicant se audiuisse
eos ita paciscentes alias ñ sufficit de
auditu ad plenā ꝓbatōez: ut qꝛ dicāt
audiuisse dici ꝙ talis pcussit talē licet
scribendū semper sit qcqd dixerint te
stes siue de uisu siue de auditu. Itez
iterrogādi sunt testes de tpe quo fcm̄
fuerit negocium illud. s. āno mense ⁊
die ⁊ ēt de loco: ⁊ qbus presentibus
fcm̄ ē. De aliis āt circūstātiis utꝛ tp̄s
erat claꝛ: uel nebulosū ⁊ de quo erāt
iduti illi de qbus locunt ⁊ qd habeāt i
capite ⁊ de huiusmōi nō itterrogādū
nisi uiderentur uacillare ⁊ appareant
suspecti: quia tunc de iis interrogan
di sunt testes: ut possint capi i uerbis
suis. Sed si testis aliquid obscurum
dirit: bene potest reduci: ut iterpretet
⁊ clarificet dictuz suum: ⁊ unde uidet
noua productio: sz prioris clarificatio.

Nota tam̄ ꝙ si testis sponte sua re
uersus: aliqd imutet non ei fides adhi
benda: si locutus ē cuz aliqua partiū.
Postq̄z āt deposuerit testis dictū suū
legat ei tabellio totū: ⁊ dimittat ipsū
a se precipiens ei: ut testimoniū suuz
secretuz teneat: donec fuerit pu. Igi
tur effectus testimonioꝝ ē ut si oēs cō
cordanti unā sniaz: iudex dictis eoruz
stet: ⁊ ea sequatur. Si āt testes unius
patris discordāt a testibus alterius par
tis stabit dignoribꝰ: l' iudicio maioris
ptis: l' si oia hicinde pariter cōcordāt:
stabit dicto illoꝝ q uerisimiliora dicāt
⁊ qbus potius lux ueritatis assistat.
Sz scire debes ꝙ ad sufficientē ꝓbatō
nē p testes sūt i quolibet negocio ubi
nō ē certus testimonioꝝ numerus dif
finitus regulariter duo testes necessa
rii: quia pluralis ellucutio duorū nūe
ro est ꝯtenta. Verūtamen qñ creditu
excedit summā unius libre Auri: uñ
fit instrumentuz exiguntur tres testes
⁊ quando etiam fit solutio debiti eius
dem quantitatis exiguntur totidem:
Item in codicillis uel in testamentis
vii. ⁊ in testamentis cecorum. viii. Itē
aliquando duodecim quando tractat
de aliquo promouendo inter agentes
in rebus. Item i diuortiis. vii. Itez
nō ꝙ in teste ꝯsiderāda est ꝯditio eius
utrū nobilis sit uel plebeius an hone
ste uel i culpate uite. Item utrū locu
ples uel egenus ut lucri cā qd facile
diceret ul' utꝛ sit inimicus eius ꝯ quē
ꝓducit uel multū amicus eius ꝓ quo
fecit testioniū ⁊ etiā multū ꝯsiderādū
est. utꝛ uideat simpl'r dicer qꝛ sepe pa
lor uultus ⁊ rubor ⁊ titubatio faciūt
ut minus fidei alicui hēat ⁊ etiā ꝯsid
randū est utꝛ plures testes uideāt unū
⁊ eundē sermonez p̄meditatū afferre:
qꝛ suspitōis est qd docti sint. Et tu ip
se tabellio melius scire potes q̄zta sit
fides testibus adhibenda. Itez nō ꝙ
si testes de alia ꝓuicia uel ciuitate sit
pōt iudex si uelit ⁊ expediat: ñ uocare
corā se: sz destinare l'ras suas ei de cu
ius iurisdictōe sūt: ut corā eo sua ꝓfe
rāt testionia: ⁊ ea iscriptis redacta ⁊ si
gillata ⁊ nulli ptiū ꝓdita mittat ad eū
q iudicaturus est hoc i pecūiariis cāis
Sed in crialibus p̄cise sūt cogendi te
stes uenire Ceteruz qualiter ordinent
dicta testium in exemplificationibus
uidebis. Demum productis testi
bus: si partes nolint plures dare uel
si iudex refrenauerit multitudinem te
testiū: uel sit trāsactus terminus perē
ptoriis datus ad testes producēdos: l'

UVA. BHSC. IyR_225

si hoc de cõi ptium uoluntate procedi aperient testes ꝛ dabuntur exemplati utriqz pti si uoluerint eos.

De probatõnibus que fiunt p instra ꝛ quomõ in causis eduntur.

NOn solum per testes: sed ẽt p instra probat: et iõ uidendũ ẽ de instris. Dr aũt istm uno mõ id p qd cã istruit: unde probatio testiũ dr istrm. Alio mõ dr istrm apparatus fũdi: ut arrarũ. Sed etiaz tertio mõ dicit istrumentũ scriptura i qua p tinetur id qd intendit probare procedẽs ꝛ secum hãc ultimã exceptõez instrumtũ diuidit qz aliud priuatũ: aliud Apocha: aliud Antipocha: aliud forẽse. Publicũ istm ẽ aliud qd ẽ scriptũ manu publica. s. tabelliõis si redactuz ẽ i pu. formã. Priuatũ ẽ qd scriptum manu cuiuscz priuate persone. Apocha dicit scriptura qz est facta ad utilitez debitoris ut qz creditor pfessus fuit recepisse a debitore id qd ei debebat Antipocha ẽ scriptura que fit ad utilitatẽ creditoris. Forense uero instrumẽtũ est qd fit de iis que agunt i foro. i. i iudiciis uł causis. Fides aũt adhibetur publicis istrumentis sine alio amiculo si careant oi suspitiõe nisi cõtrarium pbetur. Priuato aũt istrumẽto ñ creditur sine aliis amiculis. i. nisi p testes ꝛ operaõez litteraz ei fides adhibeaf nisi sit scriptũ manu eiusdẽ ptra quẽ pducit: sed si scriptũ ẽ p manũ alicuius tertie psone pbari dz p testes uł p cõparatõez litterraz ut dictũ ẽ. Apochis ꝛ Antipochis: ꝛ forẽ sibi istris fides adhibetur si sint publica uł priuata secundũ ea que dicta sũt supra. Et credit pu. inũ fo: ut dictũ est: si est autẽticũ: uel originale: non autez exemplo nisi cum exemplo proferatur autenti cũ uel nisi alia sufficiens probatio adiungatur. Volens igitur ad probatõez itẽtionis sue producẽ aliqd istrumtum dz illud in cã edere: ꝛ dz dicere hoc instrumto uolo uti i cã ista: ꝛ si aduersa pars exemplũ illius habere uoluerit ut cõsulet sibi sup illo: uel si aliqd dicere uoluerit ꝫ illũ: dz ei dare exẽplũ. Sz quorũdã istroz sue scripturarũ dz dari exẽplũ cũ ãnis. d. die indictiõe ꝛ testibz ꝛ noie tabellõis ꝛ oibz que i ea scriptura ptinent p ordinem: ꝛ hoc. s. sint acta pu. hoc est scriptura i iudiciis uel sub officio aut auct. alicuius iudicis facte uel si sint instra pcuratõnis. Sz si sint alia istra oñt dari exempla ta. s. solus tenor sine die ꝛ psule. i. sñ ãnis oñi ꝛ die testibz ꝛ noie Tabellõis.

De consiliis dandis in causis.

POstqz utraqz ps suas pbatões ꝛ rões pduxerit: ꝛ iã nihil restat nisi ferre sniam: uocatis ptibus dicet iudex. Ãm hanc cãm cũ psilio sapientũ decidere uolo si hẽtis aliquo suspectos sapientis detis mihi i scriptis. Quibus habitis iudex eliget unũ uel duos ex iis q suspecti dari nõ erũt ꝛ mandabit ptibus ut iura ꝛ probatões suas ostendãt ꝛ alegent coraz ipsis sapientibus. Cũ ãt a ptibus uel ipsaz aduocatis fuerit ostensa ꝛ alegata iura eoz sapientes illi iuxta pbata ꝛ alegata secdm qꝫ eis iustũ ꝛ equuz uisũ fuerit psiliũ eoz scribẽt qualiter ferenda sit snia pdemnationis uel absolutõnis: ꝛ ipsũ psiliũ secreto iudici dabunt: iuxta qꝫ iudex formari ꝛ scribi faciat sniam quã ptibus pñtibus ł una pñte: ꝛ altera absente dũ tñ legitime ꝛ pemptorie citata ferret in ipso loco iudicii p tribunali sedente. Itẽ nõ qꝫ nõ solũ sup principali decisione totius negocii: sz etiã super aliqua incidenti questione in processu cause: que aliquando uertitur aduocatos habetur consilium a sapientibus ꝛ super

UVA. BHSC. IyR_225

illud pronunciat ex qua pronunciatio ne illa questio diffinit. Est tñ uerꝫ ꝙ i modicis qõnibus ⁊ etiã in magnis ⁊ in aliquibus terris ⁊ locis iudex solus ⁊ sup principali dicissione audit a legationes ptiũ ⁊ sine alicuius ꝯsilio sniaꝫ ꝓfert. ⁊ tũc sub tacendũ est illd uerbũ ꝙ in sniis dicet. s. hito ꝯsilio sapientũ

De sententiis.

QVia snia ꝯtrouersiis finez ipo nit. ⁊ qꝛ de qꝛ cognouit iudex de ea quoqꝫ ꝓnunciare cogendus est. Jõ dicto de ꝓcessibus ꝯtrouersiaꝝ nũc de fine ipsaꝝ uꝫ de snia est uidendũ. Est ãt snia quodcũqꝫ iudicãtis preceptũ ñ nature: nõ iuri non bonis moribꝫ ꝯtrariã. Sniaꝝ alia diffinitiua alia iterlocutoria. Interlocutoriã fert iudex ꝯtra reũ ꝯtumacez qñ citato reo ⁊ nõ ueniente ꝓnunciat actorem fore mittendũ in possessõem bonoꝝ rei pro mensura debiti declarati uł rei petite ut. j. dicet ubi tractabit de ꝓcessu ꝯtra reũ ꝯtumacem fert ẽt iterlocutoria aliqñ sup aliqua qõne emergẽti utputa qñ questio est iter ptes uel aduocatos utrũ sint apiendi testes uel nõ uł utꝝ aliqs recipiendus sit in testem uel nõ aut dillatio utrũ sit dãda uel ñ: sꝫ ista iterlocutoria põt retractari ab eodem iudice: q aliã ꝓnunciat qꝛ ꝙ iussit uetu it ue ꝑtor a ꝯtrario iperio tollere põt ⁊ qꝛ uicem rei iudicate ñ obtinet. Ne qꝫ. n. oĩs uox iudicis: iudicãtis ꝯtinet auct. Sed difinitiua snia est que finez ꝯtrouersiaꝝ pronũciatõe iudicis accepit. Que uel ꝯdemnatõez: uel absolutõez ꝯtingit. Quia diffinitiua decidit principale negociũ: ⁊ fert lite ꝯtestata ⁊ iudex q eã tulit reuocare ñ potest. Quia siue bene siue male: fũctus est offõ suo lꝫ aliqñ ferrat diffinitiua snia ẽt in lite ñ ꝯtestata: ut in cã appellatõnis. Item snia diffinitiua dꝫ cõtinere certa ⁊ clara qꝛ si incertã sniam ferret iudex ñ uꝫ: ⁊ dꝫ fieri post litem ꝯtestatã. i. post plenissime habitã negocii disquisitõem actore ⁊ reo presentibus: uł eis pemptorie citatis. ⁊. j. terminum post lite ꝯtestatam: ⁊ dꝫ iudex sedere ꝓ tribunali in loco iudicii ꝯsueto etiam dꝫ eã recitare p se iscriptis nisi sit breuis lis ⁊ maxime uilium personaꝝ: qꝛ tunc sine scriptis recitare põt ⁊ debet ferri a iudice cõpetenti: q presit alicui: iurisdictioni: ⁊ tpe non feriato: ⁊ dꝫ ꝯtinere ꝯdemnationem uel absolutõez Sententiaꝝ aũt diffinitiuaꝝ diuersa ẽ forma iuxta diuersas petitiones ⁊ factiones. Et. n. aliquando fertur snia super reali actione: aliqñ sup personali actione: aliqñ super adipiscendã uł retinendam seu recuperandam possessionem. Aliquando super diuortiis uel coniunctionibus matrimonioruꝫ. Aliquando fertur sententia ab uno iudice super causa corã predecessor iudice incepta ⁊ uentiliata. Aliqñ fertur sententia ab executore. s. a iudice qui pronuntiat sup insolutũ datione. Aliqñ a iudice ad quẽ appellatũ est: ⁊ a multis ⁊ super multis aliis. Verũtamen quõ predicte sentẽtie formari debeãt ⁊ scribi non dico de oĩbus sed de aliqbus ex eis. j. i explificationibus subiũgetur. Fiũt ãt ille forme que ibi ponẽtur ad cetera documentũ ⁊ uiam.

De appellationibus.

QVm fuerit lata snia: si aliqua partium ex ipsa sentẽtia crediderit in aliquo se grauatã: poterit appellare. Est ãt Appellatio sententie minore iudice late p inuocationez maioris iudicis pretextu iniqtatis prie snie rescisio qꝛ appellatio iniqtatis snie cõtinet querelã. Appellat aũt ad superiorez imediate. i. ad eũ: q ẽ in gradu proximo superior: eo quod tulit

UVA. BHSC. IyR_225

sniaz siue ad eũ q deputatus ẽ ad hoc
Item appellatõz facit ille: q succubu
it sine ꝯtra se: siue ꝯtra suũ ꝓcuratorẽ
lata sit snia. Appellat ⁊ ille: cuius iter
est: utputa si snia lata fuit ꝯtra empto
rem: põt appellare uenditor: eo ꝙ de
uenditõe tenet. Itez coheres appella
ta snia ꝯtra suũ ꝯtra hr̃dem lata. Itẽ
fideiussor appellat a snia ꝯtra debito
rem lata pro quo se obligauit qꝛ sua i
teresse. Item qlibet extraneus põt se
appellare pro ꝯdemnato: si ille hẽbat
appellatõez. j. tp̃s statutũ ad appellã
dũ. Sed si plures fuerint ꝯdemnati ⁊
appellat unus ñ iõ alii uident appel
lasse. Appellat uero a snia diffinitiua
siue a tota siue a certo ca. si ab uno
ca. appellat ñ rescindunt iõ alia: nisi
sint ꝯnexa. Sed ab interlocutoria nõ
appellat nisi qñ iudex in cã ciuili uel
criali ꝓnũciauit qõnez hr̃i aliter q̃z le
ges uelint. Appellat a snia lata super
ꝓprietate: sz non ab ea que lata est su
per possessione: qꝛ i iudicio ꝓprietatis
erit saluũ oẽ remediũ: ⁊ qꝛ uictoria ꝓ
prietatis absorbet uictoriã possessiõis.
Item appellat a snia iudicis ordina
rii ⁊ delegati. Verũtñ ab executore: q
sniam mandat executõe ñ appellat ut
aliqs sit licitus finis: nisi executor exe
cutor excedat modũ in exequendo uł
qꝛ añ tp̃s statutũ exequatur uel i ma
iori q̃ztitate: q̃z in snia cõtineatur. A
principe uero: uel a Senatu: aut a
Prefecto pretorio nõ appellatur: sed
ab eis supplicabit. Et est supplicatio
petitio uenie prioris erroris. Item nõ
appellatur ab arbitrio. Item appella
re non põt uere ꝯtumax ille cui cũ pre
ceptũ esset a iudice: ut ueniret: ⁊ staret
ad sniam audiendã: spreto iudicis pre
cepto nõ uenit: uel recessit uel ille q
tribus edicis uel uno pro quolibet qd
dicit pemptorius legitime citatus Re
spondit se nõ uenturũ. Hic uero ꝯtũax
nõ appellat nisi in ꝯtinenti post lataz
sniam uenerit iudice adhuc ꝓ tribuna
li sedente. Ille ãt q ẽ ficte ꝯtumax ap
pellare põt ⁊ dicit ficte ꝯtumax q uel
ignorauit se citatũ: uł si sciuit dixit se
uenturũ. Item nõ ꝙ appellatur a
snia aliqñ illico post lataz sniam sola
uoce ut si dicat ꝯdemnatꝰ ab hac snia
uiua uoce appello. Aliquãdo ex inter
uallo ⁊ tunc dz offerri libellus i scrip
tis. j. tempus statutum ad appellãdũ
Illud ãt tempus est qꝛ intra decez di
es a die late sententie appellandũ est
si condemnatus fuit presens snie sz si
fuit absẽs ⁊ nõ defensus ꝑ procurato
rẽ dz appellare. j. x. dies ex quo scit sẽ
tẽtiaz latã esse. Sed si ꝑ procuratorez
deffensus ẽ nõ auditur nisi procurator
appellauerit: lz ꝯtra procuratorẽ possit
habere regressũ. Ceterꝫ effectus appel
latõis est q appellatõe suspẽditur pro
nuntiatũ ⁊ pẽdente appellatiõe nihil
dz innouari. Itẽ nota ꝙ in iure ca
nonico nõ solũ a snia sed ab oi graua
mine appellatur. Postq̃z aũt appella
tio fuerit facta dz iudex eã accipere ⁊
dimissorias litteras trãsmittere ad eũ
ad quẽ appellatũ est. Verũtñ secũdum
statuta ⁊ cõsuetudinez Boñ. si appel
latũ est a sententia iudicis ordinarii:
idez iudex cõmittit causaz appellatõis
uni ex iudicibꝰ qui president appella
tiõibus cognoscendis. Sed si appella
tum est a snia minoris iudicis recurri
tur ad iudicez ordinariũ q cõmittat: ⁊
commissio: secundum tempora statuta
habet fieri infra. xv. dies a die late
sententie ille autem iudex ad quem
appellatum est: siue cui causa appella
tionis commissa est: uocatis partibus
diligenter eam examinabit: ⁊ licebit
utrique patri nouis assertionibus uel
exceptionibus uti: que pertineãt non

UVA. BHSC. IyR_225

ad nouuz capitulū :sed oriant ex illis aut illis ꝯiuncta sīt que apud priorez iudicez fuerint ꝓposita. Et licebit etiā prestare probatōes sup īstrumento uł alegatōne facta ī prīa cā cū tunc ñ fuerit copia probādi. Item licebit uti ꝓbationibus prestitis ⁊ testificatiōibus lectis in priori cā. Itez nota ꝙ secūdum ꝯsuetudinem ⁊ statuta Bon. appellans dz reficere aduerse pti expensas litis: si succumbat: ⁊ dare debeat iudici: qui cognoscit de appellatōne siue succūbat siue obtīeat. xii. denarios pro qualibet libra q̄ntitatis unde lis ē de his dz consignare iudici sufficiens pignus infra. x. dies post cōmisionem factā. Postq̄z āt hec oīa facta erunt ⁊ cā diligēnter examinata pronunciabit ipse iudex bene uel male sniatuz fuisse: ⁊ bene uel male fuisse appellatū: ⁊ dz hec cā appellationis terminari. ī xl. dies utiles post primā sententiaz.

Item nō ꝙ ab hac pronunciatione etiā poterit appellari: ⁊ in hac secūdā appellationem idez processus per oīa est seruandus ut in prīa appellatiōe.

De executione rei iudicate.

QVoniā paꝝ esset sniaz ferri nisi lata mandaret executōni iō de executione rei iudicate subiungendū est: sed prīo uidendus ordo Postq̄z snia lata est si non appellatur ab ea. ī. tempus statutū ad appellādū: expectetur. iiii. menses: qui indulti sūt ꝯdemnati ad soluēdū si snia processit ex mera ꝑsonali actione: ut qꝛ actum fuerit ꝯtra aliquem obligatū ex ꝯtractu uel quasi: licet spaciū. iiii. mensium aliquando arctari possit: ⁊ prorogari. Arctat. i. in cā alimentoꝝ: ut qꝛ sniatū sit ꝯtra aliquem: ut prestet alicui alim̄ta: nā minus ieiunaret si ille cui p̄stāda sunt alimenta ꝑ spaciū. iiii. mensiū differunt comedere: sed ⁊ prorogatur si uideatur iudici ꝯdemnatū soluere ñ potuisse ex aliqua iusta cā. Si uero sētentia processit ex reali actione: ut qꝛ petita si res aliqua ab illo qui eā tenebat tunc si non fuerit appellatum: ut dictum est iudex. ī. certū tempus eius ex arbitrio mandat rem restitui. Elapsis aūt predictis terminis mandatur snia executioni: ⁊ hoc qñ non fuit appellatū ut dictū est. Veꝝ si post latam sniam appellatū fuit qꝛ pendente appellatione nihil dz innouari: expectat cā quousqz fuerit diffinita: quod si per appellationez extinguet: ⁊ irritabitur snia. Iam non habebit locū executio. Si āt per appellationem confirmabitur executioni mittet. Sed uidendū ē quid sit executio. Est autez quedā potestas: per quam snie late ugor producitur ad effectum: ⁊ fit executio a iudice ordinaris si snia lata est ab eo uel fit a iudice ad executiones: deputato. Fit āt a iudice rebus ꝯdēnatis: si res sūt īterritorio ipsius iudicis: aliqñ fit relatio ad iudicē ī cuius territorio sūt ut ipse iudex sniaz exequat ꝑ res ⁊ facultates ipsius ꝯdēnari: ⁊ dz fieri executio ī bōis ꝯdēnati: ut dictū ē: ⁊ nō alterius dando tenutaz ⁊ possessionem de bonis ipsius illi qui obtinuit: ł eius ꝓcuratoribus. Prīo. n. dāda sūt mobilia. Secūdo mobilia. Tertio ꝑuenitur de iure: hoc ē ad debitores cōdēnati: Veꝝtñ stip. hoc est salaria de pu. percepta ñ capiūt pignori: dū d aliis rōnibus ꝯdemnari satis fieri possit rei iudicate.

De iis que coraz iudicibus extraordinem ciuilis iudicii concurrunt.

ORdo ciuilis. Iudicii ē. ut oblato libello: ⁊ lite contestata procedatur ad diffinitiuam sentētiā secūdū ea: que superius sūt expressa. Et hic ꝓcessus ⁊ ordo aduersus reñuenientez: ⁊ se per negotiationez: uel

UVA. BHSC. IyR_225

pemptoriã exceptõem defendentez regulariter est seruãdus. Verũtñ qm̃ reus aliqñ ueniens cõfitet. Aliqñ uero citatus ꝓtumaciter ab est: ꝛ i iis duabus cãis nõ põt ciuilis ordo seruari: imo necessariũ est ut quadã alia uia extraordinaria ꝓcedat. Idcirco dicto ordinario ꝓcessu. Restat nũc de p̃dictis duobꝫ extraordinariis uidere. Et ꝓio de illo q seruat aduersus. Reũ se cõtumacia absentatẽ. Nõ tñ q uter qz ipsoꝝ ꝓcessuũ plus regrit ordinem differentie: q in ipsis seruandus est q̃z alicuius actis ipsoꝝ expositõnem itendere: ꝛ. n. ea que i utroqz processũ seruant ꝑ maiorẽ pte sũt exposita i p̃mis. Reliqua cũ ãt dñs dderit exponẽt

De processu ꝓra reũ contumacez.

BEus aliqñ citatus nõ ꝓparet. Aliqñ uero ueniens ꝛ libellũ recipiens nõ redit: uñ quocunqz mõ añ litez ꝓtestatã ꝓtũaciter se absentet: aduersus eũ processꝫ huiusmõi est seruãdus. Actor. n. offert suũ libellũ petitõis iudici: ꝛ iudex faciet eũ p̃stare sacramentũ calũnie: quo declarabit oia uera esse: que in supradicto ꝓtinent libello: ꝛ q nõ aio calũnie agit uel petit. Deide iudex fert sniaz interlocutoriã ꝓra reũ. Quoniã si agit actõe i rem: pnũciat actorez fore mittendũ in possessõe rei petite: ꝛ subsequenter circa reũ ut ueniat defẽsurus tenutã seu pos. dãdã actori ex interlocutoria: q si ñ uenerit mãdat actorem põi i pos. ꝛ iste missus i pos. rei petite. J. annũ nõ possidet sz lapsus ãnus facit eũ uez pos. sz si uenit reus añ ãnũ uolens recuperare pos. auditur: ꝛ recupata pos. ꝓcedit hoc mõ qz reficit actori ipensas: ꝛ ꝓmittit ei de lite suscipiẽda. Fit ꝓtestatio litis: ꝛ iurat ipse. Reus de calũnia: ñ ãt Actor eo q iurauit ipse interlocutorie late: ꝛ procedit ex inde ordinario iudicio ꝑut i añcedentibꝫ dictũ est. Si ãt agit actõe i psonali ꝓnũciat iudex Actorẽ esse mittendũ in pos. bonoꝝ rei ꝓ mensura debiti declarati. Ꝓio mobiliũ si cõpierint Aliqñ imobiliũ absente reo oĩ legũ auriliõ ꝛeseruato. Et hac interlocutoria lata: facit reũ citari: ut uẽiat defensurus tenutã q si uenerit restituta possessõe procedit ad ordinariũ iudiciũ: ut superius dictũ est. Si uero ñ uenerit tunc iudex assequendo interlocutoriã mãdat actorem poni i pos. ꝛ missus i pos. ex psonali actõne ñ possidet: sed ptinet: ideo non: usu capit uel ꝓscribit quia sine pos. usucaptio: uel ꝓscriptio nõ ꝓcedit: lz de forma statuti cõis Bon. missus i pos. ẽ interlocutoria data lucri faciat fructus. Et nõ. q pos. data ex interlocutoria dr̃ primũ decretũ. Si ãt fcã diligẽti iquisitõe p uicios ꝛ uotos nõ iuenitur de bonis rei ex quibus detur tenuta Actori ꝓnũtiat iudex nõ iueniri de bõis rei ex qua ꝓnũtiatõe seqtur hoc. Quia iã ꝑz q fcã ẽ diligẽs discussio bonoꝝ existentiũ Vñ cũ de dictis bõis nõ inueniatur poterit actor agere ꝛ petere bona obligata siue sequatur hoc: qa postq̃z nõ inuenũtur d bõis iudex reo subsequẽter facit dari bãnũ: de quo nõ cãcellat: nisi satisfaciat creditori Sz si iuenirunt bõa Quaz dat tenuta seu pos. ut dictũ ẽ postq̃z ãt actor hz si ñ sit recupata ista pos. siue de tertio q potius detẽtio ẽ: que qdẽ pos. exactõe psonali habita semꝑ recuperari põt quousqz nõ processuz adda tõnẽ in solutum procedit actor ꝛ petit bona qbus pos. hz sibi dari insolutum in qua datione insolutum talis ordo seruatur. Notule.

Offer. n. actor q hz dictã pos. iudici libellũ suũ quo petit bona ipsa sibi dari isolutũ. Deide ꝓtinus citat reus: ꝛ

UVA. BHSC. IyR_225

si uenerit ꝓteſtatio litis fit: ⁊ preſtatio iuramentoꝝ de calũnia: ⁊ ꝓcedit ordinario iudicio. ut ſupra i ꝑmo proceſſu: q̃ ſi nõ uenerit ꝓclamat i palatio cõſ ⁊ i ꝓtracta debitoris q̃ ſi qs hz ius uꝫ inſtrm̃ in bõis ipſius debitoris aut illa defendere uult ueniat coꝝ tali iudice rñſurus: q̃ ſi ꝓparuerit aliq creditores uel petitores ſcribunt petiones eoꝝ ſub ꝑmo libello nõ tñ intereſt utr̃ alii petitores hẽant tenutã de bonis debitoris uꝫ nõ dũmõ ꝑmus hẽat actor cãe iſtius ⁊ ſi uenerit quiſq̃ dicens ſe hr̃e ius in dictis bonis ut qz illa ad ſe ſpectant uel q ea uelit defendere ſcribet ipſius narratio ⁊ ius q̃ ſe dicit hr̃e. Siue qz rõe uult illa defendere q de fenſor ſatiſdabit qz nẽo idoneus defenſor niſi ſatiſdet. Et poſtea petitores ſeu actores ꝓteſtabũt litem: ⁊ iurabũt de calũnia cũ ipſo defenſore ⁊ ꝓcedit i lite ꝑ. j. dicẽs: q̃ ſi ñ cõparuerit q̃ſq̃ defenſor tũc eliget alius: q ꝓſtituit curatoꝝ bõis debitoris abſentis ⁊ idefenſi ꝑ hr̃e in inſtr̃o curatoris ꝓſtitui bonis abſentis ⁊ i defenſi. ſ. vii. La. qui curator ꝑquiret bona debitoris ⁊ de illis inuentariũ faciet: qd̃ inuentariũ ſcribet in actis q ẽt curator illa bõa defendet ⁊ ꝓteſtabit lis: ⁊ iurabit de calumnia cũ peritoribus ⁊ ꝓcedit in lite cũ curatore uꝫ defenſore hoc mõ. ꝓducent. n. inſtra ⁊ ꝑbatões hicinde ⁊ iudex ſecreto accip et aliquos bonos uiros q̃ ſciant bõa debitoris ⁊ iis ſacramento ꝑſtito extiabũt illa. ſ. que ſcripta erũt i inuenta rio ⁊ dabunt extiatões ſecreto iudici poſt hec datis ⁊ ſpectis iudex eliget unũ uel duos ſapientes q uiſis rõibus ⁊ allegatõibus utriuſq̃ ꝑtis ꝓſulent iudici qd uidebit ſup ſnia ferenda iuxta q̃ ꝓſilũ formabit ſnia. ꝓtinus citabit pẽptorie ps que abſens erit ad ſniam audiendã ⁊ ꝑtibus

pñtibus uel una abũte dũ tñ citata ferret iudex ſniaz i. q̃ adiudicabit inſolutũ petitori ſeu petitoribus de bõis debitoris ſcdz illã extiatõem que erit extiata ad iudicãdũ iſti rez iſtã ⁊ illi rẽ illã. Sz ꝑmo adiudicabit ei quẽ iuenier ꝑmoꝝ tpe ⁊ potiorem iure. Secundo ei quem iuenier. Tertio i tpe ⁊ ſic de ceteris. Si ãt ñ ſint tot bõa q̃ oĩbꝫ ſatiſfieri poſſit reſeruat iudex illi uꝫ illis oĩbus qbus ſatiſfieri nõ põt: iura ipſo rũ ꝯ debitoꝝ ⁊ eius bõa ſi quaꝑ tpe apparerent. Et hoc ſnia dr̃. Scdm decretũ. Et ſubſequenr̃ iudex p̃cipient nũcio: ut iducat actoꝝ i coꝛpalez poſſeſſionem rei ſibi adiudicate ex ſcdo decreto. Et poſtea efficit dñs ipſius rei. Jgit̃ hẽs quo ordie ꝓcedendũ eſt ꝓtra reũ ꝓtũacez. Sz qualr̃ p̃dicta oĩa que i ipſo ꝓceſſu ꝓtinenr̃ ſcribi debeãt i exemplifi catõibus aſpicies ordinare notatum.

De proceſſu ꝓtra Reum ꝓfeſſum.

Contra Reũ ꝓfeſſũ, ꝓcedit hoc mõ qz iudex precipit Reo confeſſo ut ad certũ terminuz ſoluat uꝫ det creditori id i quo ꝓfitet ſe eẽ debitoꝝ ſuũ. De conſuetudine. n. ⁊ ſtatuto bõ. ſtatuitur ciui. ꝓfeſſo terminus dediez ad ſoluendũ. Et comitatiuo cõfeſſo. xx. diez niſi terminus de uolũtate ptiũ prorogetur. Et hoc preceptuz uim gerit ſnie. qz ſnia ferr̃ ꝓfeſſũ: uꝫ cõuictũ. Ad tñc ñ ſoluerit: exequit̃ iudex ipſe uꝫ alter ſcdm morez bõ. ad executõnem officiũ deputatus ipſi reũ preceptuz ſiue ſniam ꝓtra reũ hoc mõ. Faciat. n. reũ citari: ⁊ ſi ꝓparz ſtatuit ei terminũ triũ dierum ſi eſt ciuis uel. v. ſi eſt cõmitatiuus ad ſoluendũ. Quod ſi tunc nõ ſoluit uꝫ nõ cõparuit qñ citatus fuit ut dcm̃ eſt: niſi obſtet rõabilis rei ſiue debitoris exceptio aut iudex facit ipz reũ i bãno bõi d quo bãno ñ cãcellat niſi ſatiſfecit creditori aut det actori

UVA. BHSC. IyR_225

tenutã de bonis ipsius reip mensura debiti declarari: exequendo ipsũ ꝓcep tũ. Prio de mobilibꝫ si ꝓperierint. Secũdo de imobilibꝫ: saluo iure oiuꝫ. Que tenuta dr primũ decretũ: ut dic tũ est: in precedẽti Rubrica. Deinde qz paz ꝓdesset ei dicta tenuta eo ꝙ eã ñ possidet sed detinet ꝛ iõ nõ usucapit uel ꝓscribit lz de statuto cõis. Bõ. lu cri faciat fructus. ut supra i proxio pro cessu dictuz est. Procedit ipse actor ꝛ petit ab ipso iudice: uł ab alio q deputatus est ad datões isolutũ ut fit Bo. ut eicta bona de qbus hꝫ tenutaz seu pos. sibi adiudicati insolitũ in qua da tione insolutũ ꝓcedit in oibus scdz ꝙ dictũ est in ꝓcedenti Rubrica. Sed be ne põt reus añ bannũ uel tenutã datã uenire ꝛ ex eptões opponer dicendo tenutã uel bannũ ñ esse dandũ qz nõ sũt trãsacti dies termini. Itez ꝙ si mi nor uel fi' iusfamilias ꝛ quos ñ põt fie ri snia sine curatoris auct. uel patris ꝓsensu uel ꝙ in ꝓcepto nõ fuerit cã ł ꝙ ipse soluerit ꝛ similia. Sed añ quã audiat opportebit eũ deponere qtita tem in precepto ꝓtentã: ꝛ postea ꝓba bit excep. ꝛ si probauerit ñ procedit in tenuta uel banno. Si ãt ñ probauerit ꝓdemnabit de ꝓsuetudie Bo. Et hoc de exceptõibus dictũ est gratia illius uerbi ꝙ supra dr. s. nisi obstet rationa bilis rei siue debitoris exceptio.

De Criminali iudicio.

Quoniã circa pricipiũ huius ca. docñ est ꝙ iudicioꝝ aliud ciuile aliud Crmiale: dicto de ciuili Restat p ꝓsequens de criali uide. Ve rũ qz iudiciũ ex tribus dꝫ Pstare psõis: ut supius docñ est: sicut i ciuili necessa rius e actor reus ꝛ iudex. Sic ꝛ i cria li regulariter exigunt. Accusator. Ac cusatus: ꝛ iudex Itaqz in processu sit ordo. Prio uidẽdũ est: que sit Crialia ꝛ sup qbus uertit hoc iudiciũ. Secun do de accusatõe. Tertio de accusatoꝛ ꝛ accusato. quarto ꝛ ultio: quo ordie ꝙ cedat: ꝛ qlr accusatõ ꝓducat ad finẽ

De Crialibus publicis ꝛ priuatis.

Criminũ alia sunt pu. alia pri uata sunt. Priuata sunt illia quoꝝ executio. i. Accusatio: uł denunciatio ad illas psõas tm spectat qbus inferunt ut furta: ꝛ dãna illata: ꝛ iniurie pu. sũt quoꝝ executio: cuius ex populo dat qm ad pu. spectat utili tatem ne maleficia remanerent ipũi ta ut sunt homicidia. Paricidia adul teria. Crimen lese maiestatis. ꝛ huius modi. Itez crinũ alia sũt capitalia: ut puta illa qbus pena sanguis irrogat. Alia nõ capitalia sicut illa que pena pecuniaria afficiunt delinquentem.

De accusatione.

Accusare nihil est aliud qꝫ reũ crimis: aliũ p libellũ deferre: ꝛ indictã d eo fieri postulare. Accusatio. n. i pu. ꝛ i priuato crie dꝫ fieri p libellũ i quo ꝓtineat nomẽ Ac cusatoris: ꝛ Accusati ꝛ crimen d quo fit accusatio: ꝛ de quo mense dr crim fcm: ꝛ sub qbus ꝓsulibus. i. tpe cuius rectoris ꝛ i quo loco: ꝛ dꝫ ẽt iseri dies i eo: i quo offert libellus accusatõis nõ ãt dies uel hora cõmissi crimis. itez dꝫ accusator de iure i accusatõe se subscri bere. i. se obligare ad penã. Tabelliõi nisi probet ꝙ itendit: ꝙ si nõ subscribꝫ itelligit tam abstrictus ad hoc de na tura actõis: qꝫuis hoc de ꝓsuetudie nõ seruet. Vꝛtamen lz regulariter neces sarius sit accusator ubicũqz criminis uł delicti publici uel priuati accusatio est admissa nec debeat iudex aliquez sine accusatore punire. Fallit tamen i casibus in quibus sine accusatore pro cedit crimínis cognito et pene impo sito. Post autem iudex sine accu

UVA. BHSC. IyR_225

accusatore pũire maritũ de lenocinio ꝙ sibi in modũ exceptõis obiicitur ab uxore utputa cum maritus accusasset uxorem de adulterio ipsa excipiendo dixit maritũ lenonez esse ipsius adulteri. Item ꝓducentem suspectũ instrumentũ ꝙ suspectũ sit uel ex ipsa scriptura uel ex ꝑsona ꝓducentis uel ex ꝑsona scribentis. Itez testem falsũ: quẽ ex suo dicto fraude uel falsitate ꝓspexerit nõ carere. Item calũniorem qui sup accusatõe nõ ꝓbauit lz ipsius pũitio de ꝯsuetudine nõ seruet. Itez põt sine accusatore tutorez suspectũ remouere si liqueat hoc sibi ex apertissimis rerꝫ argumentis. Item Notoria ⁊ manifesta facinora poterit sine accusatoꝛ punire.

De Accusatore ⁊ Accusato.

Accusator dz in accusatione presertim publici criminis: postq̃z cã ordinata est idest postq̃z cõtestata est lis ꝑsistere: ⁊ sup ipsa ꝓbationes: afferre: ⁊ luce clariores. Quia si accusator ñ ꝓbat qd intendit uidet calũniare ⁊ ideo dz ei de iure inferri pena calũniãtis: que ẽ similitudo supplicii. Accusare ãt põt oĩs q non ꝓhibet: eqdem mulieres qꝛ non dñt se immiscere cetibe uiroꝝ nõ accusant: nisi de morte liberoꝝ uł parentũ: nisi suã uel suoꝝ iniurã prosequãt. In casibꝰ tñ ꝑmissũ ẽ mulieribus accusare utputa de iis de qbus loqtur lex iulia maiestatis: ⁊ lex iulia de ãnona Cornelia na testamẽtaria: ⁊ in crĩe suspecti. Itẽ ꝓhibent accusare milites: q iurauerũt ñ euitare mortẽ pro salute reipu. Itẽ ĩpuberes non possunt accusare nisi de morte: ⁊ suppresso testamento parentũ: ⁊ tunc accusare debeant cũ tutoris auc. Puberis uero auct. curatoris sp accusare possũt nisi de toto alieno uiolato. Item q merꝫ ĩperiũ ⁊ ptãtez hñt nõ accusant. Item mutus. Item infamis. Item q pecuniã ob accusandum uel ñ accusandũ acceperit. Item q falsũ testimoniũ suboreati dixerunt. Itẽ liberti patronos suos ñ accusãt. Itez ille q minus. l. aureoruz hz in bonis. Predicti tñ oẽs accusare possunt: si suã uel suoꝝ ꝓpinquoꝝ mortem: uel ĩiuriã prosequant. Item accusatus nõ accusat interĩ accusatorez suũ de pari uel minori crĩe: nisi suã: uel suoꝝ propiquoꝝ mortem iniuriã prosequant: ⁊ hoc qñ actor nõ ꝑsequebat suã iniuriam. item socius nõ accusat sociũ: uel ꝑticipes eiusdem crĩs. item ñ accusat qs frẽm uel sororem si grãde crimen ĩtendat: secus si leue. item seruus qui iudicio ĩteresse ñ possit: nõ accusat: nisi in casibus utputa si uelit accusare eũ: q suppressit tabulas testamenti: in quo erat sibi relicta libertas: uel eũ q fraudauit censũ: uł qui fabricauit monetã falsã uł eũ qui uendidit annonã cariorem: uel de morte dñi sui. Sed dicto de iis q possunt: ⁊ q nõ possunt accusare. Videnduz ẽ de illis q accusari possunt uel nõ. Accusari qdez possunt regulariter oẽs mas. ⁊ femĩe puberes ⁊ impuberes dũmodo capax sit ĩtellectus. itẽ accusat pñtes tñ: ⁊ nõ absentes: tñ ꝯtra absentes põt offerri libellus nõ ãt de iure procedi. Lz de consuetudĩe Boñ. accusent absẽtes ⁊ eis ciuitatis nisi cõperuenerint: bãniant. itez accusari dñt uiui: ⁊ nõ mortui qa si decesserit accusatus oĩs criminatio est exctincta: nisi ĩ crimĩe lese maiestatis: ⁊ hereseos ⁊ repetũdaꝝ: de qbus criminibus etiã ĩ filios ⁊ hẽdes quedam pene infingit. Et si accusator decesserit accusatio cepta expirat nec. n. herdes accusati cogunt crimina ꝑseq lz accusatus possit ab altero accusari. item si quis accusatus est de uno crĩe

UVA. BHSC. IyR_225

nō pōt pendente accusatiōe ab altero de eodez crimine accusari Preterea si qs accusatus de aliquo crimine ⁊ absolutus ē de illo: ñ pōt de eodē postea accusari qꝛ criminibus snīa facit ius. Itez seruus accusari nō pōt super aliquo de quo īponit̄ pena pecuniaria: cum seruus nō habeat bona nec etiā accusari pōt de aliquo de quo īponit̄ pena āmissōis ciuitatis: qꝛ seruus ciuitatē ñ hz nec accusat̄ de paricidio qꝛ ciuiliter patrē ñ hz īmo censet̄ spurius. Itē nō accusat̄ ad tp̄s quoddā. s. duz hēat pu. honorē: ⁊ administrationē ut legatus īperatoris. Magistratus populi romani ⁊ q abest cā rei pu. Ceteruz accusatus post litē ꝯtestatā exceptōes suas dz opponere: ⁊ etiam ante litem contestataz illas exceptiones: que sūt declinatorie iudici ut de exceptōnibus dictum est.

De ordine accusationibus ⁊ qualiter accusatio producatur ad finem.

IN ciuitate Boñ. cui est quodā mō naturaliter legis īnata peritia: ⁊ que in obseruantia: ⁊ īmutatione iuris posita est: toti mūdo speculū ⁊ exēplū talis ordo in accusatiōibus obseruat̄. Accusator. n. ut plurimū offert libellū accusationis sue iudici ul̄ not. quo recepto ī ꝯtinēti exibz sacram̄tū calūnie quo iurat ī accusādo ⁊ ꝓcedēdo uti ueritate ⁊ ī defendēdo si fuerit ꝯuentus: ⁊ ꝙ nō aīo calūnie accusat ⁊ ꝙ sup ꝓcesn cāe precepta iudicis obseruabit. Deinde ꝓtinus prebet securitatem de accusatione prosequenda. Post hec citatur accusatus domui sue per unū nūcium ⁊ si ñ fuerit inuentus citat̄ sequenti die p aliū q si ñ uenerit proclamat̄ p aliū nūciū in ꝯtrata sua corā duobus testibus ad hec uocatis: ipsius defensio hec est: ꝙ si quis ipsum defendere uult ueniat tali die coram ipso iudice. Si uero nō uenerit accusatus ipse uel alius ꝓ eo ad suā defensionē bāniatur accusatus Bānoꝝ āt formas taz in cā ciuili q̄z criminali ī exemplis habebis. Sed si obtulerit se aliquis ad defensionez accusati distingue: qꝛ si ille accusatus ē de crimine: quod exigat penā pecūiariaz admittitur deffensioꝛ satisdatiōe prestita de soluēda condēnatione. Si ille quē defendit fuerit condēnatus ꝓcedetur cū eo in causa. Si ille autem accusatus est de crimine: quod exigat penam sanguinis nō admittitur defēsoꝛ: nisi forsan ad elegādas causas absentie sed si personaliter cōpe uit accusatus: prestabit in cōtinenti sacram̄tuz quo iurabit accepta potestatis: uel iudicis obseruare: ⁊ ueritate uti super accusatōe de eo facta ac ēt sup facienda ab eo si accusatorē suū recōuenire uoluerit: ⁊ ꝙ in oībus nihil aīo calūnie dicet l̄ faciat: ⁊ subsequenter p eci pitur ei ut securitatez prestat p bonos fideiussores de ꝯdēnatione soluēda si fuerit condemnatus: ul̄ de psonā ꝯdēnati representāda. Et hoc quō accusatio erit sup crimine: qd exigat penā pecuniariā. Si fuerit sup crimine qd exigat penā sanguinis accusatus psōaliter detinet̄: ⁊ tradit̄ sub custodia aliqñ cōpedibus fereis: ⁊ careribus mācipatur: prestita securitate: l̄ facta detētiōe ut dictū est: legit̄ accusatō accusato de eo facta ⁊ recipitur ⁊ scribitur ipsius ꝯfessio l̄ negotio: ⁊ si ꝓ cōfessione accusati nō patebit ueritas debent̄ dillatōnes ad ꝓbandū ⁊ ꝓceditur ad ꝓbationes ⁊ inducūtur hīcide: ille ut ꝓbet accusationē iste ut ꝓbet diffensionē. Verūtñ aliqñ ī criminali cā. s. cū capitalia ⁊ acrioria criminaliter explorari ñ pñt seu ueritas aliter īuistigari: adhibēda sūt tormenta ī psona accusati: seu rei

UVA. BHSC. IyR_225

criminis: sed nō tantaz q̄ꝫta accusator postulat sed ut moderate rōnis tēperamenta desiderāt: licz ꝯfesio facta ī tormēta ñ ualeat: nisi in cā depositionis pseueret. Cū aūt sup iis oībus diligēs discusio facta erit dz ꝓcedi ad cōdēnationē uel absolutiōem. Et.n. si p offēsionem accusati nō pacebit id de quo accusatus ē: aut si accusator ītentionē suā nō ꝓbauerit: seu se ī plene ꝓbauit: aut si accusatus defensionez suā plene ostendit absoluendus est accusatus. Quia pene sunt moliende iuris īterpretatiōe: ⁊ nō exasperāde. Et qꝛ melius est nocentem absoluere: q̄ꝫ īnocētem ꝯdēnare. Si uero accusatus īuentus fuerit retus criminis puniendus est: aut pena pecuniaria: aut pena sanguinis: scdm ꝙ enormitas delicti exposcit: qꝛ iustū est: ut respōdeāt pene culpis. Hoc tñ sūma cautella ꝓuidendū est: ne qd aut durius: aut remissus cōstituat̄ ī pena q̄ꝫ cā deposcit. Nec.n. aut se ueritas aut clemētie gloria affectāda est sz ꝑpenso iudicio ꝓut queqz res postulat statuendū. Sane ī leuioribus cāis: ꝓcliuiores iudices ad leuitatē esse dz. Ingrauioribus āt seueritatez legū cū aliquo tēpam̄to bīgnitatis exeq

De extraordinariis crīnalis iudicii.

MVlta preter ordinem supra dictū in criminalibus cāis: scdm diuersas terraꝝ ꝯsuetudinis ⁊ statuta ꝯtingere solent: ex qbus ꝯdemnat̄ ul̄ absoluit̄ criminatus. Nā aliqñ in ciuitatibus nocturni preferuntur custodes: ut si quos nocturnos fures: aut aliquos alios ultra ī hītū hora noctis silentio: euntes īuenerīt capiāt ul̄ denūcient puniendos. Ponunt̄ ēt qdā ad custodiā alicuius passus ut si q cū rebus uetitis exīde trāsierīt denūtiēt ul̄ presentent: Itez ponunt̄ alii ad custodiā predioꝝ ut depopulatores uel raptores fructuū: ⁊ ēt quadrupedes in alioꝝ possessionibus dānū dātes denūcient si: igit̄ ul̄ eorū similes qñ ex officio eis ꝯmisso aliquos denūciāt nō est opus ut accusent uel in accusatiōe sacramentū calūnie prestēt sz ut simpliciter denūcient eoꝝ.n. denunciationi sub sacramento qd prestiterūt de officio exercendo statur ⁊ ex ipsa denunciatione sine altera probatione denunciatus. Quisqz.n. nisi suam legitime defensionē ostenderit cōdēnatur qꝛ ipsoꝝ īuentio ꝓ plena ꝓbatōe habetur. Itez aliqñ ꝯtingit maleficiū cōmitti ꝙ cū nemo ueniens īsurgat denūtiator l̄ accusator iudex l̄ rector ciuitatis ex sui officii uigore perqrit. Vocat.n. clādestine illos q fuerint circa locū tpe malecii cōmissi ⁊ quos ipse sciscitat̄ ueritatē facti scire. Quoꝝ attestatōibus receptis si p illos sciri poterit eos q maleficiū cōmisserunt citat ad sua mādata uenire. Et si uenerint bōis securitatibus ab eis prestitis l̄ habitis nisi suaz defensionē ltīe probauerit punit̄ eos.

Secunda pars huius ca. de exemplificatōibus qual̄r ⁊ qua forma scrbēda sūt acta sin. ciuiliū ⁊ crīaliū iudicioꝝ.

